Universitätsbibliothek Paderborn

Altsächsische Sprachdenkmäler

Facsimile-Sammlung

Gallée, Johan Hendrik

Leiden, 1895

XVIII. Prudentius handschrifte.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42577

Visual Library



Temptemus igitur ante partē quampiam
Truncare ferro corporis superstitis.
Ne morte simpla criminosus multiplex
Cadat, uel una perfidus caede oppetat.
Quot membra gestat tot modis pereat uolo.
Libet experiri lerna sicut traditur
Virū renatis pululescat artubus.
Anse imminuti corporis damnis nouum
Instaurat. ipse presto erit tunc hercules.
Hydrina suetus ustuāre uulnera,
Iam nunc secandi doctus sit artifex.
Qui cuncta norit uiscerū confinia.
Vel nexa neruis dissipare uincula.
Iacet hunc reuulsis qui medetur ossibus.
Aut fracta nodis sarciens conpaginat.
Linguam priorem detrahat radicitus.
Quę corpori omni sola uiuit nequior.
Illa et pro caci pessima in nos deos
Inuecta motu. fas pfanauit uetus.
Audax et ipsi non pepercit principi.
Aristo quidam medicus accitus uenit.
Afferre linguam precipit. pfert statim
Martyr retectam. pandit et ima faucium;
Ille et palatū tractat. et digito extimum
Vocis peterrans uulneri explorat locum.

XVIII[a]



Adque nonuenunt psentis gaudia ...
Et occurrunt pariter capta & capientia uoluptas
Quanto commodo ... uestalium uirginū
prerogatiua detracta est, sub largissimis im
peratoribus denegatur quod parcissimi p̄stite
runt; Honor solus est nullo uelud stipendio ca
tatis ut unaquaeque earum capiti ita insigne ducit
sacerdotii uacare muneribus; Nemo me putet
tueri solā causam religionum; Ex huiusmodi
facinoribus orti sunt cuncta humani generis
incommoda. Honorauerat lex parentum uesta
les uirgines ac ministros deorum uictu mo
dico iustisque priuilegiis; Stetit muneris huius
integritas usque ad degeneres trapezetas qui
ad mercedem uilium baiulorum sacre castita
tis alimenta uerterunt; Secuta est hoc fames publica
et spem prouinciarum omniū messis egra decepit.
Non sunt haec uitia terrarum nihil inputamus
astris nec rubigo segetibus obfuit nec auena
fruges necauit sacrilegio annus exaruit.
Necesse enim fuit perire omnibus quod religionibus
negabatur. Quid tale ...
cum regionū ministros honor publicus pasceret.
Vltima legati defleta dolore querela est.
palladus quod ... sociis uel quod stipis ipsis

XVIII[b]

Max Roediger.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn 50

0G
376
1174-2

09/5746

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN